Uerba uocatiui sunt .v. scilicet uocor dicor nominor nuncupor et appellor
reliqua sunt accidentalia. Uerba substantiua ut sum et existo et uerba
uitalia ut uiuo dicor et est pertinentia ad existentiam ut sto
et sedeo et pertinentia ad ire ut incedo et pergo et pertinentia
ad appetitum uado et appeto et similia. fio et forem copulant
post se nominatiuum. Et non quod [illegible] habet uerbi ipsius et persona
prima et tota est declinatio similis. Gerundia et participia et supina.
Infinitiua tamen supradictorum uerborum copulant post se accusatiuum.
si antecedat accusatiuus quia talis casus debet sequi supradicta
infinitiua qualis precedit ut misereor hominis uolentis esse boni
clerici. parco homini uolenti esse bono. uideo homines uolentes
esse bonum loquor de homine uolenti esse bono. Si uero
antecedat nominatiuus nominatiuus debet sequi. ut homo uolens esse ex[...]
uenit huc. Similiter modo habent participia dupli-
citer uerborum ut hec res est hominis entis boni. parco
homini enti ~~bonum~~ bono. uideo homines entes bonos. loquor
de homine ente bono. homo ens bonus uenit huc.
Uerba uocatiui copulant post se tamen propria nomina et etiam
appellatiua cum sit sermo de ~~matr~~ materie ut iste uocatur Sortes
uel huius res uocatur homo. et aliud inuenitur dicitur quod uerbum
substantiuum [...] accipitur uel ponitur ut ipse uocor tuus
patronus. i. reputor. Et non quod [illegible] quando
de propria nominatione alicuius. ut iste quis uocatur. iste qui
nomine uocatur. iste quod non habet uel quod est nomine iste
Uerborum accidentalium. Aliud absolutum aliud transitiuum
Absolutum uerbum est illud quod non indiget adiunc-
tione obliqui ad perfectionem sui sensus ut uiuo spiro
Tamen uerbum absolutum potest regere accusatiuum per figuram que dicitur
sinodoche ut doleo capud. et ex ui uerbi transitiui
sub intellecti. ut coridon ardebat alexim. et